



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 65. Alii Proceres a Rege ad Hugonottarum conventiculum deputati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

nibus vero eorum potestati subjectis Sæcul. XVI.
A.C. 1597.
magis vicinum, transferretur.

§. LXV.

Alii Proceres a Rege ad Hugonottarum conventiculum Deputati.

Cum ergo Vicus, Calignonus, & Thuan. &
Daniel. l. 6 Monglatus frustra operam suam in flectendis hisce rebellibus hæreticis impenderent, Rex insuper ad castrum Heraldii, quo Calvinistæ Salmuro concesserant, Casparum Schombergium Nantolii Comitem, & Jacobum Augustum Thuanum ablegare decernebat, ut cum Protestantium Delegatis nomine Regis agerent, quam in rem ipse quoque Rex ad Tremollium, Novam, Paraberam, & Plessium Mornæum ex factiosis præcipuos literas dabat, quæ tamen nullum omnino sortitæ sunt effectum, nec tamen propterea Rex animo fractus rursus Monglatum, & Forzam ad Hugonottarum conventum decernebat unam literis decima nona Aprilis die datis, altera autem die pariter submiserat Vicum, qui Regis nomine Hugonottis hæc indulgebat. I. Rex intra Parisiensis, & Rothomagensis Senatus jurisdictionem Turonii Curiam iisdem erigere permittebat. II. Si regio promisso fidere vellent, Rex eis pro præsidiariorum, qui in Hugonottarum urbibus

Sæcul. XVI.
A.C. 1597.
 bibus sunt, sustentatione centies sexaginta aureorum millia erogare se paratum offerebat per integros sex annos, nonnisi autem per biennium id se facturum spondebat, si hanc pollicitationem scripto firmatam desiderarent. III. Rex pro alendis ipsorum Ministris quadraginta aureorum millia se suppeditaturum asserebat: hæc tamen Henricus hisce rebellibus concedere paratus erat, ea duntaxat lege, ut dissoluto conventu suo haud amplius ejusmodi congressus, seu Senatus sub quovis prætextu instituerent, omniaque edicta, quibus Regis æraria sibi vendicabant, irrita declararent.

§. LXVI.

Alberti Archiducis literæ ad Mercurianum interceptæ.

Thuan. l. c. Paulo ante Alberti Archiducis literæ ad Mercurianum Ducem datæ fuerant interceptæ; quippe Crucejus Bellovacensis capta Ambianensi urbe per dispositos equos cum arcanis mandatis, ac literis in Britanniam minorem mittebantur, ut de prospero Ambianæ expugnationis successu Mercurianum Ducem certiozem redderet, & arctiori amicitie vinculo eundem Alberto devincire niteretur: cum autem hic nuntius Salmurum veniret, ipse Plessius
 Mor-